



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Erfurdiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



RATISBONAE IN CURIA SEQUENS INSCRIPTIO
AUREIS LITERIS IN TABULA
marmorea conspicitur.

Quisquis senator curiam officii causâ ingrederis, ante hoc ostium privatos affectus omnes abjicito: iram, vim, odium, amicitiam, adulationem. Reipub. personam & curam subijcito. Nam ut aliis æquus aut iniquus fueris: ita quoque Dei iudicium expectabis & sustinebis.

ERFURDIAE.

AD S. SEVERUM.

Summus eram consul, tenui nunc condor arena.
Quisquis es hoc ibis, non rediturus, iter.

Pictura Christi resurgentis.

Ut vivens in te posui spem Christe fidemq;
Sic moriens in te mortuus esse volo.
In te quisquis enim moritur pia lumina claudens,
Salvum tu facis hunc, & sine fine beas.
Tu siquidem solus vita author es ille beata,
Tu solus Satana victor es atq; Stygis.
Tu primùm domita redi vivus morte triumphas,
Terrorisq; adimis, quos facit illa, piis.
Fac igitur qui sim praeuntem morte sequutus;
Sic surrecturus te quoq; ad astra sequar.